

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Doctrina siue doctor ac  
cum fonte primo

Quod uero in praeceptis eloquentiae ad Herennium scribens de arte dicendi asseruit, eam scilicet inefficacem et inutilem esse sine usu et exercitatione dicendi, ad omnes artes arbitror transferendum quatenus non firmantur usu nec exercitio roborantur; adeo quidem ut,

Si artem usumque dissocias,  
utilior est usus expers artis quam ars  
que sui usum non habet.

si artem usumque dissocias,  
utilior sit usus expers artis quam ars  
quae sui usum non habet.

Nam et Daud in funda et lapide, quorum peritiam et usum habebat, Allophilum strauit et in baculo suo aggredi ausus est uirum cunctis terribilem et bellatorem ab adolescentia sua; reiecitque loricam regiam et arma quibus exercitatus non fuerat ratus omnia esse impedimento militiae quorum usus exercitio non firmatur. Ceterum sicut ars sterilis est usus ignara, sic et usus imperfectus est qui ex arte non prouenit. Est igitur singulorum initium a natura, qua reluctantante et (ut dici solet) inuita Minerua nichil recte aggredimur. Progressus ab usu ab arte perfectio, si tamen iugi exercitatione fuerit solidata. Optinet hoc in liberalibus uirilibus et mechanicis aut si quae sunt quarum nondum audierimus mentionem, ut ars infecunda sit sine usu et usus temerarius sine arte.

Ars infecunda est sine usu  
et usus temerarius sine arte.

Crisostomus in polycraticon libro VI.

Iohannes Sarisberiensis, *Policraticus*, 6.19 (C.C.I. Webb ed., vol.2, pp.57-8, ll.13-24, 1-9).